

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4641

Auteur(s) : Guillaume de Saint-Quentin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1279, avril

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Saint-Quentin donne au Plessis le patronage de l'église de Saint-Quentin et une partie des dîmes.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Musset Lucien, *Cartulaire des possessions de l'abbaye du Plessis-Grimoult pour le département de l'Orne, Le Pays Bas-Normand* n°52, 1959, n° 16.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Willermus dictus de Sancto Quintino senior, dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam viris religiosi priori et conventui de Plesseio Grimoudi, pro salute anime mee et antecessorum meorum, totam portionem illam decimarum bladorum parrochie de Sancto Quintino quam hereditarie possidebam seu detinebam in parrochia supradicta. Pretera religiosi supradictis dedi et concessi similiter in puram et perpetuam elemosinam, ex causis seu rationibus permissis, cum decimis supradictis, totum jus patronatus seu patronatum ecclesie parrochie supradicte de Sancto Quintino michi et heredibus meis hereditarie pertinentem, tenendum et habendum et jure hereditario possidendum predictis religiosi et eorum successoribus hec omnia et singula predicta libere, pacifice et quiete cum omni jure et jurisdictione et hereditaria possessione quas habebam et habere poteram et debebam in omnibus et singulis supradictis absque contradictione et reclamatione aliqua amodo mei et heredum meorum... Preterea ego sepe dictus Willermus et heredes mei tenemur... defendere et garantizare... totam illam portionem predictarum decimarum quam Willermus dictus de Sancto Quintino junior filius meus dedit et concessit predictis religiosi cum toto jure suo successionis hereditarie quod habebat in patronatu ecclesie supradicte, sicut in carta quam eisdem religiosi super hoc fecit plenius continetur... Pro hiis autem donatione et concessione predicti religiosi de bonis domus sue michi quadraginta et quinque libras turonensium dederunt in pecunia numerata. Et ut hec premissa robur obtineant... ego predictus Willermus predictis religiosi presentem cartam sigilli mei munimine tradidi sigillatam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, mense aprili, in audientia predictae parrochie de Sancto Quintino.